



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

3. De Euangilio Ioan. 10. Ego sum ostium

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

nitatem veritati , creaturam Creato-  
ri, diabolum Christo anteponere non  
erubescit? Horror peccati, detestatio  
ingratitudinis, contritio; compassio.

## Feria III. Pentecostes.

Ego sum ostium. Ioan. 10.

III.

I. C hristus Dominus videns à Pha-  
risæis seductorem se haberi , & Ioan. 9.  
cœcum à se sanatum, aliosque in se cre-  
dentes, è Synagoga ejici, & à fidelium  
numero separari, redarguit eos, osten-  
ditque se non esse seductorem: sed eos  
omnes seductores esse , qui per ipsum  
non intrant: eos vero solos legitimos  
pastores , qui per ipsum intrant: imo  
nulos esse verè fideles, qui nō intrant  
per eum, seu, qui nō credunt in ipsum:  
*Qui non intrat per ostium in ouile ouium,*  
*sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.*  
*qui autem intrat per ostium , pastor est ouium.* Deinde declarat proprietates  
& officia legitimi pastoris: *Huic ostia-*  
*rius aperit , & oves vocem eius audiunt.*  
*& proprias oves vocat nominatim. & edu-*  
*cit eas , & ante eas vadit.* Bonus enim  
pastor debet ab ostiario , id est, à Spi-  
ritu sancto intromitti in ouile , *sciz*

Cc 2

gregi

gregi pascendo & regendo præfici , &  
a veris ouibus agnolci. Debet intimè  
nôlle ones , vt singularum necessitati  
prospicere possit, pascere easdem ver-  
bo & exemplo. Quanta gratia per fi-  
dem in Christum aggregari numero  
fidelium , præseruari a deceptione se-  
ductorum , pasci sanâ doctrina legit-  
morum pastorum ! quanti meriti præ-  
dictas boni Pastoris partes , exemplo  
Christi, perfectè exsequi ? Gratitudo,  
zelus animarum.

II. Cum Pharisæi hauc parabolam nō  
caperent, Christus illam disertè eis ex-  
plicat : Ego sum ostium , per me si quis in-  
troierit, saluabitur, & ingredietur, & egre-  
dientur, & pascua inueniet, quasi diceret,  
impostores ostium sunt , sed macelli,  
per quod oues iugulantur. Ego ostium  
sum ouilis , per quod saluantur : per  
quod siue ingredientes ad exercitia vi-  
tæ contemplatiæ , siue egredientes  
ad opera vitæ actiæ , vel , siue ingre-  
dientes in Ecclesiam militantem , siue  
egredientes per morte in triumphan-  
tem, pascua vitæ æternæ inueniunt.

O quanta charitas Christi , qui di-  
gnatus est per Incarnationem, Passio-  
nem, & mortem ostium nobis fieri ad  
vitam gratiæ & gloriæ ? Gratitudo ,  
amor,

amor, zelus cooperandi gratiæ Christi  
in studio perfectionis.

III. *Fur n:n venit, nisi ut furetur, &*  
*perdat: ego veni, ut vitam habeant, &*  
*abundantius habeant. Quanta liberali-*  
*tas Christi, qui ideo cœlo descendit,*  
*ut vitam gratiæ singulis suis fidelibus,*  
*& quidem perfectam & abundantem*  
*promereretur, &, nisi ipsi obstatum*  
*ponerent, largiter per Spiritum san-*  
*cum in eum finem mittendum imper-*  
*tiretur; sicque tandem ad vitam sub-*  
*limioris gloriæ eucherentur! quanta*  
*porro cœcitas & ingratitudo hominū,*  
*magis elegantium sequi mundum, car-*  
*nem, diabolum, & quemuis seducto-*  
*rem mactantem; quam Christum ve-*  
*rām Pastorem, vitam gratiæ & gloriæ*  
*tribuentem! Gratitudo, amor Christi,*  
*odium mundi & amoris proprij.*

*Dē gestis ab Apostolis post acceptum spi-*  
*ritum sanctum in ipso die Pen-*  
*tecostes.*

I. *E*T repleti sunt omnes Spiritu  
sancto, & cœperunt loqui varijs  
linguis, prout spiritus sanctus dabat  
eloqui illis, magnalia Dei. *O mutatio Psal. 76.*  
*dextera excelsi!* quanta vis gratiæ Spi-  
ritus sancti! Nam i. repente illius gra-

Cc 3            tia